

sancti Salvatoris sita prope portam civitatis eiusdem una cum Iohanne et Ursone tabellionibus. Caro notario. Roberto f. sire unfredi et aliis probis viris. dopnus ventura Monachus et vestararius ecclesie sancti Iacobi site in oratorio (?) ecclesie que est obedientia Montis sacri cenobii pro parte eiusdem Instrumentum exhibuit coram nobis. quod subscriptum fuerat a Sando Iudice facto per quemdam non nominandi nominis Regni Sicilie invasorem petens ipsum renovari iuxta sacram Imperialem constitutio- nem noviter promulgatam quod instrumentum ego predictus Iudex videns et predictis mecum residentibus ostendens non cancellatum. non abolitum. nec aliqua parte sui vi- tiatum. et cum in contestu continentie principalis quam in subscriptione testium nullo vitio laborare nisi hoc solo quod subscriptum dum fieret a predicto ipsum per raonem Iohannis puplici Melficte notarii qui presens erat renovari iussu cuius continentia talis erat. Ex quo maiorem as- sumptum mansit honorem Anno Millesimo. ducentesimo. secundo. Regnique domini nostri gloriosissimi Regis Frederici anno quinto mense aprilis. Indictione quinta. Ego Iacobus notarius f. lassi civitatis Melficte presentibus dopno Sando Iudice aliisque viris Idoneis declaro dopnum Io- hannem vestararium cenobii montis sacri sepe de me que- relam deposuisse. ut mihi significatum fuit. dicens me scripsisse . . . contra rationem filiis Manuelis vel ipsi Manueli in quo dicebat continere lucam subdiaconum fi- lium Grimoaldi. dedisse eis omnes terras cum olivis quas ipse lucas habuit in pertinentiis puli. quas terras cum oli- vis ipse lucas obtulit predicto cenobio Montis sacri sicut in testamento continentur. quod fecit in ultima voluntate sua. quod quia ad infamiam meam inimici mei dixerunt quia coram me ipse lucas predicto Manueli vel filiis eius numquam de ipsis terris cum olivis contractum aliquod alicuatenis fecit. et voluntarie ut pars ipsius cenobii sem- per de hoc quod ad infamiam meam Inimici mei dixerunt